

213.

389.

Disputatio XVI.

D E C O M M O D O , Q V O D D O M I-
nus & Vasallus ex Feudo capiunt:

Cuius defensionem

Diuina fauente gratia:

S V B P A T R O C I N I O ,

CONSULTISSIMI

VIRI DN. HENRICI BO-
CERI, IC. ET ANTECESSORIS IN
LAUDATISSIMA TUBINGA CLARIS-
simi, Praeceptoris & hospitis sui pluri-
mum colendi:

ORDINARII EXERCITII

gratiâ, tempore, locoque solitis,
fuscipt

D A N I E L Bernholdt / A B
E S C H A V V . F R .




T U B I N G A,

Excusit Georgius Gruppenbachius.

A N N O M . D C .

xx



Disputatio XVI.

390.

D E C O M M O D O , Q V O D D O M I-
nus , & Vasallus ex Feudo capiunt.

THESES I.

DI CENDVM NVNC DE COMMODO FEVDA-
litio ; quod est vtilitas, domino & Vasallo ex feudo com-
parata.

II.

Estque duplex, commune utriusque domino & Vasallo, & pro-
prium alterutri.

III.

Commune feudi commodum, quod pariter ad dominum, &
Vasallum pertinet, continetur mutua fide in defendendo capite, &
fortunis.

t. 6. §. vlt. t. 52. §. vlt. lib. 2. F.

IV.

Isthæc autem fides circa hæc sex versatur ; Incolume, tutum,
honestum, vtile, facile, possibile. Incolume, ne alter alterius corpori
sit damno: tutum, ne alter alteri sit damno de secreto suo, vel de suis
munitionibus, per quas tutus esse potest, Honestum, ne alter alteri
sit damno de sua iustitia, vel de alijs causis, quæ ad honestatem eius
pertinere videntur. Vtile, ne alter alteri sit damno de suis possessio-
nibus. Facile, ne alter alteri difficile faciat bonum illud, quod fa-
cere leuiter potest. Possibile, ne alter alteri impossibile faciat, quod
ei est possibile.

d. t. 6. in prin. lib. 2. F.

V.

Sed quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat, quod bonum
est, iccirco in sex prædictis consilium & auxilium alter alteri pre-
stabit.

d. t. 6. §. sed quia non sufficit. lib. eod. Feud.

VI.

Nunquam ergo horum alter in consilio scienter erit, vel facto,
quo alter vitam aut membrum amittat, vel in persona aliquam reci-

XX 2 piat.

piat lassionem, vel iniuriam vel contumeliam; aut amittat aliquem honorem, quem habet, aut habiturus est. Et si scierit, aut audierit quod quisquam tale quid moliatur contra alterum, pro suo posse id auertat, aut si non possit, saltem ei, quod eiusmodi malum immineat, confessim nunciet, & quantum potest, auxilium in hoc prestat. Ad hæc, si contigerit, ut horum alter rem, quam iam habet, aut habiturus est, iniuste aut fortuitò amittat, in ea conseruanda, aut amissa recuperanda, & recuperata omni tempore retinenda, eum iuuet. Præterea, si alteruter sciuerit, quod alter iustè aliquem offendere intendat, generaliter vel specialiter requisitus, auxilium ei præstare paratus erit. Quod si etiam vñus alteri aliquid de secreto manifestauerit, illud sine eius licentia nemini pandat, nec vt pandatur faciat. Deniq; si vñus ab alio super facto quodam consilium postulauerit, illud ei dabit consilium, quodei videbitur magis expedire: Et nunquam alter ex persona sua, quid scienter faciat, quod ad alterius iniuriam aut contumeliam pertineat.

t. 7. vers. ego iuro. lib. 2. F.

VII.

Quod si quis hæc non præstet, feloniam committere, siue facere dicitur.

t. 26. §. domino, t. 37. in prin. & t. 47. lib. 2. F.

VIII.

Proprium feudi commodum ipsi domino comparatum duplex est; Obsequium, siue reuerentia, quam Vasallus domino suo debet, (a) & seruitium eidem promissum. (b)

a) t. 22. vers. Curia autem, ibi, salua reuerentia, & t. seq. vers. Quomodo enim, ibi, Vasallus quam humiliter, quam deuotè, quam benignè, quam fideliter erga dominum suum debeat se habere. lib. 2. F. (b) t. 23. in fin. t. 26. §. si quis deceperit. t. 37. in fin. lib. eod. Feud.

IX.

Cum ergo Vasallus obsequium & reuerentiam domino suo debet, certè aduersus eum famosam actionem instituere, (a) aut in ciuili causa modica, vel criminali testimonium dicere non potest. (b)

a) t. 24. §. Item si delator, & t. 33. §. similiter. lib. 2. F. facit l. Qui accusare, 8. in fin. ff. de accusat. 6. d. t. 33. §. similiter Vasallus, & §. seq. lib. eod. facit l. libertorum 12. C. de testib. l. 4. ff. eod. l. pridem 6. C. de questionib. l. post legatum s. §. His adiuuauerunt, ff. de his, quæ vt indig. Cuiac. tamen

tamen ad d. t. 33. §. Quidam tamen, lib. 2. F. existimat, in causa ciuili modica licere Vasallo aduersus dominum testimonium dicere, Idem quoq; sentire videtur Eq. Baro, in methodo ad Ortensum de beneficijs, lib. 3. cap. 3. pag. 373. in prin.

X.

Sed queritur, an Vasallus dominum suum absque petita venia in ius vocare possit? Negata conclusio nobis placet.

Cum enim Vasallus obsequium & reuerentiam domino suo debeat, vt prius fuit ostensum, certè nec in ius eum vocare absq; venia prius petita fas illi fuerit, per generalem text. in l. generaliter 14. ff. de in ius vocand. & l. 2. C. eod. tit. Confert huc, quòd nec libertus patronum suum absq; venia & peticione in ius vocare potest, l. 4. S. 1. l. adopt. 8. §. 1. ff. d. t. d. l. 2. C. cod. & §. vlt. Inst. de pœna temerè litig. quòd q; patrono dominus, & liberto Vasallus in multis iuris nostri partibus similis est, Everhard. in Topic. legalib. in loco à liberto ad Vasall. Eodem quoq; pertinet, quod Vasallus ratione controversiae feudalis iurisdictioni domini subditus est, siquidem eum iudicem habeat, t. 55. §. vlt. lib. 2. F. Deniq; hanc sententiam amplectuntur Specul. Tit. de feud. §. quoniam. num. 33. vers. 17. queritur, Guido Papa decis. 551. num. 1. Matth. de Afflict. decis. 265. num. 36. Oldendorpius. class. 1. act. 4. Zaf. in epit. feud. part. 7. n. 49. Addit. ad Hartmanni ab Epping. obseru. 44. t. 54. de feud. dissentit. Mynsing. cent. 4. obser. 92. Andr. Geil. lib. singul. de pignorat. obseruat. 15. num. 4. Fichard. in addit. ad communes opin. Villalobos lit. V. verb. Vasallus sine venia, Kirch. in thesauro comman. opin. lit. V. verb. Vasallus potest dominum. Herman. Vult. lib. discept. scholast. cap. 1. pag. 30. & seq. qui nobis in eo errare videtur, quòd existimat, antiquitus vocare in ius nihil aliud fuisse, quam propria autoritate manibus injectis reum aduersarium in ius rapere, cum tamen contrarium pateat ex l. quamuis 11. l. satius pœna. 19. l. sed et si is, 21. ff. de in ius vocand. l. si. quis 5. ff. de iudic. l. 2. & t. t. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & sentit Ioan. Robert. Aurel. lib. 3. sentent. cap. 1. Ioan. Vaud. lib. 2. quæstion. iur. quæst. 26. & Donell. ad l. vinum 22. num. 3. ff. sicut pet.

XI.

Et licet Mynsingerus, & Andr. Geil. negatam sententiam in Camera Imperiali scribant (a) seruari, attamen tutius fuerit prius, à Iudice veniam agendi impetrare. (b)

a) Citatis ad præcedentem thesin locis. (b) Tum quia inde illud desiderat, vt prius ostendimus, tum quia VVesenbec. in Paratit. ff. de in ius

CLASSIS QUARTÆ

vocand. num. 6. scribit, affirmantem sententiam vsu seruari: tum quia
sapè in Camera Imperiali Vasallos hanc veniam petuisse obseruatum sci-
mus.

XII.

Quod attinet seruitium domino à Vasallo præstandum, id re-
gulariter militare est, licet de eo in inuestitura nihil sit actum;
(a) vel est aliusmodi in ipsa feudi concessione, vel inuestitura defi-
nitum. (b)

a) pert. 1. §. notandum est autem, t. 5. in prin. t. 7. t. 19. in prin. t. 20.
t. 21. l. 1. Feud. t. 12. t. 21. & t. seq. t. 26. §. Beneficium, t. 54. t. 55. §. Fir-
miter. lib. 2. F. (b) t. 23. in fin. lib. eod. F.

XIII.

Non tamen nisi à domino vocatus, præstare ei seruitia tenetur
Vasallus.

d. t. 21. in prin. vers. nam si steterit, lib. 1. Feud. t. 26. § licet Vasallus,
t. 37. §. vlt. & t. 55. §. Firmiter lib. 2. Feud. sic patrono suo libertus non nisi
requisitus operas præstare tenetur, l. si quis 13. §. Iudicium, l. cum patronus
22. in prin. ff. de oper. libert.

XV.

Et potest Vasallus etiam per alium, virum tamen idoneum, ser-
uitia sua domino præstare.

t. 26. §. si quis, & t. 55. §. Firmiter, lib. 2. F.

XVI.

Est ei quoq; liberum redimere seruitium præstando dimidium
feudalis redditus anni.

d. t. 55. §. Firmiter, lib. 2. F.

XVII.

Suis autem non domini sumptibus præstare Vasallus domino
seruitia tenetur, (a) modò lautum, & pingue sit feudum. (b)

a) arg. l. suo victu 18. l. Quod nisi, 20 ff. de oper. libert. post alios Schra-
der. part. 9. secundæ partis principalis, sect. 5. num. 28. & 31. (b) arg. l.
aut certè 19. ff. de oper. libert. Zaf. in epit. feud. part. 7. n. 44. & seq. Bor-
chols cap. 1. n. 26. Rosenthal in synopsi iur. feud. c. 8. conclus. 30.

XVIII.

Eatenus tamen Vasallus militare seruitium præstare domino
bellum mouenti tenetur, quatenus iusta ex causa contra aliquem ar-
ma capiat, (a) vt & si dubitet, iusta an iniusta sit causa.

a) t. 7.

D I S P V T A T I O X V I

392

a) t. 7. vers. Et si sciuerot e velle, & t. 28. in prin. lib. 2. F. (b) dicit.
t. 28. in prin. ibi, aut cum dubitatur, lib. eod. Feud. & facit l. 3. S. causa co-
gnitioff. de Carbon. edict.

XIX.

Quod si dominus ab alio prematur bello, licet causa domini in-
iusta hanc mouerit guerram, attamen defendere dominum tenetur,
non etiam offendere hostem eius cogitur.

d. t. 28. vers. sed cum palam est, lib. 2. Feud.

XX.

Iubetur autem Vasallus contra omnes militare seruitium do-
mino præstare, (a) excepto Imperatore, vel Rege, (b) excepto
item domino antiquiore. (c)

a) t. 7. in prin. ibi, contra omnem hominem, & t. 28. §. vlt. lib. 2. F.
(b) d. t. 7. in prin. lib. eod. (c) d. t. 28. in fin.

XXI.

Nec contra seipsum Vasallus seruire domino cogitur.

Tum quia nulla legis autoritate permittitur cuiquam se ipsum perimere,
can. de occidendis, 23. quæst. 5. tum quod ordinata Charitas à quovis inci-
pit, l. Praeses 6. vbi gl. Bald. & alij, C. de seruitut. & aqua, can. si non li-
cet, 23. quæst. 5. Tum postremò, quod in omni generali conuentione excipi-
tur persona loquentis, vt notant ad l. Paulus 29. §. fin. ff. de pig. & hypoth.
l. Inquisitio 18. C. de solut. Atq; hanc conclusionem amplectitur etiam Sons-
beck. part. XI. n. 42. & Borcholt. c. 7. n. 41.

XXII.

Cæterum anceps est quæstio, vtrumne contra patrem suum Va-
sallus domino seruitia præstare armata teneatur? Nobis negata con-
clusio haud displicet.

Tum quia ipsum naturale ius, quod semper firmum, atq; immutabile ma-
net, vt diuina prouidentia constitutum, §. sed naturalia, Inst. de iure na-
turali, gent. & ciuil. serio præcipit, vt liberi parentibus suis pareant, l. 2:
ff. de Iust. & iur. tum quia satius est, vt filius parentis potius saluti consulat;
à quo post Deum vitam est sortitus, Ecclesiastic. c. 7. quām in necem patris.
dominum iuuet, à quo feudum vnum atq; alterum possidet. Tum quia pater
& filius una eademq; censemur persona l. vlt. C. de impub. & alijs sub-
stituit. Tum quia Vasallus contra antiquiorem dominum auxiliari nouo
domino non potest, tit. 28. §. vlt. lib. 2. Feudor. Tum quia iuuare Va-
fallus

C L A S S I S Q V A R T A E

sallus dominum tenetur in his, quæ ad domini honestatem pertinere videntur, t. 6. lib. 2. feud. tum etiam quia aduersus suam patriam ei seruire non tenetur, arg. l. minime, 35. ff. de relig. & sumpt. funer. ergo nec aduersus patrem, arg. l. 2. ff. de iustit. & iur. Atq; hanc conclusionem amplectuntur Zas. in epist. Feud. part. 7. Frid. Schenck Baro, add. 28. §. vlt. lib. 2. Feud. Francis. Sonsbeck in comment. in usus feud. part. XI. num. 36. & seqq. Jacob. Cuiac. lib. 4. de feud. ad t. 31. sed obstat videtur text. in t. 7. in prin. ibi, contra omnem hominem, excepto Imperatore, & in tit. 2g. in fin. lib. 2. Feud.

XXIII.

Nec etiam aduersus suum filium bellicam operam domino praestare Vasallus cogetur.

Tum quia non minor est impietas patris occidentis filium, quam filij necant patrem, l. 1. ff. de leg. Pomp. de parricid. tum quia filius est caro, & sanguis atq; ita portio sui patris, l. cum scimus 22. in fin. C. de agricol. & censit lib. XI. l. vlt. C. de impub. & alijs substit. Tiraquel. de iure primog. quest. 40. num. 31. & seq. Tum postremo, quia parens propter summum erga liberos amorem non dubitat pro ipsis proprium etiam profundere sanguinem, And. Tiraquel. in præfat. add. l. si vñquam C. de reuocand. donat. num. 7. & seqq. Atq; hanc sententiam probant quoq; Sonsbeck. dict. part. XI. num. 35. Baro à Tautenberg. add. t. 28. §. vlt. lib. 2. F. & Zas. d. part. 7. n. 27. sed obstat. text. in d. t. 28. §. vlt. lib. 2. F.

XXIV.

Neq; etiam, ut opinamur, contra suum fratrem, (a) licet Sonsbeck. (b) & Baro à Tautenberg (c) dissentiant.

(a) Nam insidias struere vitæ fratri non minor est impietas, quam necare patrem, aut filium, l. 1. ff. de leg. Pomp. de parricid. Et humanitatis ac religionis ratio non admittit, ut frater fratri vitæ insidias ponat, arg. l. Humanitatis 23. C. de excusat. tutor. Accedit huc, quod fratres ex eodem parentum sanguine sint orti; quodq; Charitas fraterna iuris est naturalis, quod nullo iure ciuili dirimi potest, l. in ra sanguinis 8. ff. de reg. iur. & §. vlt. Inst. de legit. agnat. tutel. quod deniq; nulla extranea amicitia potest esse tam felix, quin fraternitatem imitetur, Quintil. declam. 321. Quod per- tinet illud Salustij: Quis amicior, quam frater fratri. (b) dict. part. XI. n. 40. (c) add. t. 28. §. vlt. lib. 2. F. per illum text.

Nunquid

XXV.

Nunquid autem Vasallus suis quoque sumptibus extra patriam siue territorium domini bellicam ei praestare operam tenetur? Dd. quidem id communiter negant, (a) nobis autem affirmata sententia potior est, si redditus feudi sumptibus illis par fuerit. (b)

a) Bernhard. Vurmbjer. lib. Pract. obser. t. 50. de feud. obser. 31. Ioan. Borcholt in comment. in vsus. feud. cap. 1. num. 27. Hen. à Rosenthal cap. 8. conclus. 31. (b) per generalem text. in t. 23. in fin. & t. 54. de allodijs. in fin. lib. 2. Feud. Et quia votum cuiusq; prudens ducis est, ne sua in dictione, sed in hostis territorio bellum gerat, certe in ipsa feudi concessione, & inuestitura id tacite actum intelligitur, ut suo quoq; sumptu Vasallus extra domini territorium ei militet. Ad hanc quia Vasallus non quot annis cum domino in militiam abire necesse habet, sed multis saepe annis domini in quiete delitescit, haud iniquum fuerit pensari cum hoc commodo, incommodum illud, arg. l. Ex conducto 15. §. Papinianus, ff. locati. l. licet. 8. & l. exceptio 18. C. de locato, & c. propter, extr. d. t. Accedit in confirmationem nostrae assertiois votum Ferd. Vasquij lib. 1. controvers. illustr. cap. 6. num. 4. Sed obstat videtur text. 1. Corinth. 9. c. & in can. ius militare, distinct. 1. & in can. Quid culpatur, vers. Et Christus, 23. quest. 1. Tum etiam text. in t. 107. in extraord. capit.

XXVI.

Vocatur & illud in questionem, teneaturne dominus resarcire Vasallo damnum, quod in bello contraxit? Ut si equos suos, & arma amiserit. Negata sententia veritati prior est.

Per l. 2. §. si conseruatis. ff. de lege Rhod. de iact. & l. contractus 23. in fine. ff. dereg. iur. Atq; ita sentiunt Innocent. ad c. Sicut, ex iur. de iure iur. Ferrar. in practica aurea, in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, in verb. Contra debitum fidelitatis iuramentum, num. 9. Barthol. Camerar. in repetit. l. Imperiale, t. 55. de prohib. feudi alienat. per Frider. pag. 87. & Ioan. Borcholt, cap. 1. n. 27.

XXVII.

Atq; hæc de opera militari. Aliud ministerium in inuestitura definitum, vel specialiter est expressum, vel indeterminate promissum. (a) Et feendum, ex quo speciale aliquod servitium praestatur, conditionatum appellant feendum, Germanicè Ein Seschlehen. (b)

a) tit. 2. §. præterea, & t. 23. in fin. lib. 2. Feud. (b) Zaf. in apit. feud. part. vlt.

yy speciali-

XXVIII.

Specialiter expressum seruitium multiplex est, atq; aliud in alio Vasallo; veluti, vt diebus festis vxorem domini in templum euntem honoris causa comitetur, (a) vt hostilitatis tempore portas claudat, & aperiat, (b) vt tempore nundinarum Francofurtensum mercatores aliosq; per prouinciam domini deducat; (c) Ut certis diebus domino in eius mensa ministret. (d) Ut tempore belli vnum, duosue equos domino suppeditet. (e) &c.

- (a) d.t.2.S. præterea, lib.2.F. (b) de hoc seruitio Zaf. in epit. feud. part. vlt. (c) Est hoc seruitium in prouincijs Germaniaæ usitatissimum, (d) Laudens. ad d.t.23.n.12.lib.2.F. (e) Iacobin. de Sanct. Georg. de feud. in verb. Et promiserunt, num. 28.

XXIX.

Honestum tamen & possibile, vt sit seruitium, iura desiderant, non turpe, aut impossibile, (a) vnde si conuenerit in inuestitura, vt Vasallus dominum latrocinia exerceat iuuet, vele prædam agitant, aut in lupanari turpiter viuenti ministret, non obligatur ad tale seruitium. (b)

- (a) per §. sti impossibilis, & §. quod turpi, Instit. de inutilib. stipulat. l. Generaliter 26. ff. de verb. oblig. l. nec prætermittendum 57. ff. prosocio, l. si remunerandi 6. S. Rei turpis, ff. mandati. §. Rei turpis, Instit. d.t.l. Impossibilium 185. ff. de reg. iur. c. Nemo potest, t. eod. in 6. (b) Ludolph. Schrad. de feud. part. 2. c. 2. n. 13. & 15. Ioan. Borcholt. de feud. c. 1. n. 23.

XXX.

Sed pulchram habet quaſtione, cum promiſſio turpis aut impossibilis seruitij nullam producat obligationem, an & ipsa feudi constitutio nulla sit? Eteam utilem esse ac validam pronunciamus, (a) Maximè vero si feudum iam sit traditum. (b)

- (a) Tum quia feudi constitutio est principale, & licitum negotium, promiſſio autem illa est accessio quadam, sed id quod principaliter agitur, spectari maxime debet, non quod accessoriè tractatur l. si procuratorem 8. in prin. ff. mandati, l. 1. ff. de autor. tutor. Tum quia utile per inutile non vitiatur, c. utile non debet, vbi Dyn. t. dereg. iur. in 6. l. vt mihi 21. & §. 1. ff. de don. l. sanctimus 34. in pr. & l. seq. §. fin autem, C. d. t. Nouel. 162. c. 1. §. Et il lud etiam, l. siue generalis, 61. in pr. ff. de iure dot. De hac quaſtione vide Schrad. part. 2. c. 2. n. 14. & seqq. sed obſtare videtur l. pen. ff. de condic. obturp. cauf. l. 1. C. d. t. l. Titia. 134. in pr. ff. de verb. oblig. (b) per l. 3. l. 4. & l. pen. ff. de condic. obturp. cauf. & l. 2. C. d. t.

Huic

XXX.

Hinc ergò Vasallus nihilominus est obligatus ad ea omnia, quæ fidelitatis forma comprehendit. Quinimo seruitium illud turpe, aut impossibile commutandum est in honestum aliquod, vel possibile genus seruitij. (b)

a) Iacob. de Ardz. in epit. feud. c. 33. (b) Baro à Tautenberg ad t. 2.

Quid sit inuestitura, S. vlt. n. 1. lib. 2. F.

XXXI.

Est & illud hīc notandum, quòd Vasallus promisso certo quodam seruitio alia seruitia domino exhibere non tenetur, (a) scilicet præter ea seruitia, quæ fidelitatis forma comprehendit, quæ nihilominus sunt præstanda. (b)

a) arg. l. maritus. 21. in fin. C. de procurat. l. vlt. vers. Et siquidem in dotali C. de pactis conuentis tam super dote, &c. & l. cum de lanionis 18. §. pen. ff. de instruct. vel instr. l. Et facit huc, inclusio vnius, est exclusio alterius l. cum prætor 12. in pr. ff. de iudic. Menoch. consil. 216. n. 22. lib. 3. & consil. 158. num. 29. vol. 2. Accedit in confirmationem huius pronunciati autoritas Dd. quos referunt, & sequuntur Borcholt de feud. c. 1. n. 28. & Schrad. d. part. 2. c. 4. n. 14. & part. 6. c. 6. num. 4. (b) arg. l. quotiens 41. ff. de oblig. & act. l. verba testamenti s. ff. de aliment. & cibar. legat. l. quæsitum 12. §. pen. ff. de instruct. vel instrum. legat. l. si verò 8. ff. de constit. pec. Iacob. de Ardz. in epit. feud. c. 33. in fin. Schrader. d. part. 2. cap. 4. num. 15.

XXXII.

Quod si nominatim promiserit Vasallus seruitium, quod ex natura feudi est præstandum, cætera nihilominus domino seruitia debet, quæ fidelitatis forma exigit.

Cum enim ea seruitia de feudi vel substantia sint, vel inseparabili eius natura, remitti non possunt arg. l. Julianus 9. §. sed si quis rem, in fin. ff. ad exhib. & l. cum precario 12. in prin. ff. de precat. Dissentire videtur Schrad. dict. part. 2. cap. 4. num. 15. & in contrarium facit, quod expressum facit cessare tacitum, l. cum ex filio 39. §. Filio, vbi Bart. & alijs ff. de vulg. & pupil. substit. quodq; expressio superuacua esse non debeat, arg. l. si quando 112. in prin. ff. de legat. 1.

XXXIII.

Sed quæritur conditionatum huiusmodi feudum, proprium sit, vel impro prium? Impro prium esse arbitramur.

Pertext. in t. 2. §. vlt. ibi, si aliquis tenor præter communem feudi rationem, lib. 2. Feud. gl. ad t. 51. §. vlt. lib. eod. feud. Zaf. part. vlt. n. 13. Ioa. Ferrar. in vñibusfeud. lib. 1. c. 6. Thomas de Marinis t. 18. de feud. hab. prop. feud. nat. dissentit Sonsbeck. part. 4. num. 40. per definitionem feudi propositam in t. 23. in fin. lib. 2. F. vbi proprium feudum definiri putat.

XXXIV.

Quòd si indeterminatim seruitum in inuestitura promissum est, quomodo interdum promitti solet, (a) tum Vasallus ad honesta quæcunq; seruitia obstrictus rectè dicitur, (b) modò tamen moderata dominus seruitia exigat. (c)

a) t. 23. in fin. lib. 2. F. (b) Verba enim generalia, cùm omnia comprehendant l. si seruus. 27. §. & non negat. ff. Ad l. Aquil. l. à procuratore. 13. C. Mandat. generaliter intell:gi debent. l. regula. 9. §. vlt. ff. de iur. & fact. ignorant. l. 1. §. cum vñbem. ff. de offic. perfect. vrb. etiam si maior sit ratio in vno quām in alio. Tiraq. n. 117. & seqq. in p̄f. ad l. si vñquam. 8. C. de Reuocand. donat. & in tractat. de Retract. lignagier. gl. 14. n. 101. & seqq. (c) arg. l. si libertus. 30. ff. de oper. libert. Laudens. ad d. t. 23. n. 14. lib. 2. F. Iacob. de Ardizon. in d. sum. siu. epitom. Feud. c. 67.

XXXV.

Sed anceps quæstio est, vtrum Vasallus dominum suum egenum alere teneatur nec nè? Affirmantium autem partes sequi nihil dubitamus, (a) vt teneatur Vasallus duntaxat, pro quantitate Feudi, non vltrà, domino suo præstare alimenta, (b) & quidem singulis annis partem duntaxat dimidiā reddituum feudi, si tantum alimenta domini desiderant. (c)

a) Libertus enim patrono suo alimenta præstare cogitur l. si quis à liber. §. solent iudices. & §§. seqq. ff. de agnosc. & alend. liber. qui nisi ei præsterit, in seruitutem reuocatur l. alimenta. 6. §. 1. vbi Br. & alij. d. t. Liberto autem Vasallus, & patrono dominus Feudi æquiparatur. Deindè probatur idem etiam hoc ipso, quòd donatarius in opem donatorem alere tenetur, gl. ad l. vlt. in verb. voluerit, quam ibi Dd. communiter sequuntur. C. de Reuocand. donat. Accedit huc quòd Vasallus dominum suum in columni seruare tenetur t. 6. lib. 2. F. quodq; in necessitate, qualu est egestas & fames, quæ inter necessitates enumeratur l. 1. C. de oper. libert. & c. 3. extr. de Furt. Et inter necessitates primum sibi locum vendicat, vt patet ex l. 2. C. de parent. qui fil. suos dist. & l. sancimus. 21. vers. excepta videlicet. C. De ss. Eccles. & latè ostendit Tiraq. in tractat. de pen. temp. caus. 33. domino suo

suo subuenire Vasallus cogitur t. 26. §. licet Vasallus lib. 2. F. Ad hæc Iuris autoritas arguit, æquum esse præstari alimenta, qui dominus bonorum aliquo casu futurus est l. 1. §. totiens autem, vers. æquius enim est ff. de vent. in poss. mitt. Cum ergo dominus Feudi, & durante Feudo, proprietatis sit dominus, & certis casibus, etiam Iuris utendi fruendi rebus Feudalibus, sit futurus dominus, veluti cum nullis relictis Feudi successoribus decedit Vasallus, vel ob Vasalli culpam in dominum commissam, Feudum reuertitur ad dominum, certè æquum est, ut ipsi agenti, Vasallus ex Feudo alimenta præstet. Insuper Vasallus ex Feudi redditibus domino seruire tenetur, per text. in t. 54. in fin. de Allod. in fin. ib. aut pro quantitate Feudi stipendia militiae persoluendo & tit. 55. §. firmiter etiam ib. vel dimidium redditus feudi. lib. 2. F. Ludouic. Schrad. p. 9. c. 8. n. 12. & 13. Nicol. Euerhard. in Topic. legal. in loc. à liberto ad Vasallum n. 14. (b) arg. d. t. 54. ib. aut pro quantitate Feudi lib. 2. F. (c) per text. in d. t. 55. §. firmiter. ib. vel dimidium redditus feudi ynius anni. lib. eod. F.

XXXVI.

De hinc nobis dicendum de proprio feudi commmodo, quod ad solum Vasallum pertinet. Id quod consistit, tum in rei Feudalis possessione, & accessione, veluti fructibus & incrementis, tum in quadam potestate tractandi Feudum.

XXXVII.

Possessio rei Feudalis ad Vasallum pertinet, (a) Idcirco is possessione Feudii amissa, eam à quo quis possessore, in rem quidem actione, sed ut in non directa reuocare potest, etiam domino Feudi ignorante. (b)

a) Vti arguit text. express. int. 7. in fin. ib. cogatur dominus inuestitum in vacuam possessionem muttere, t. 8. §. vlt. ib. quamvis enim possessio per beneficium ad eum pertineat, t. 26. §. si facta, ib. antequam possessionem transferat, it. ib. dominum possessionem Feudi tradere compellendum lib. 2. Feud. (b) text. int. 8. §. 1. ib. vt tanquam dominus posset, à quolibet possidente sibi quasi vindicare. & t. 34. lib. 2. F.

XXXVIII.

Non solum autem actio Vasallo competit, sed eandem etiam, si ab aliquo conueniatur, exceptione submouere potest.

text. est. in d. t. 8. §. 1. ib. & si ab alio eius rei nomine conueniatur defensionem opponere, & d. t. 34. lib. eod. Feud. Cui enim datur actio, eidem

CLASSIS QVARTÆ.

multò magis exceptio competit l. inuitus. 156. §. 1. ff. de R. I. &c. qui ad agendum. cod. t. in 6.

XXXIX.

Prædio feudali si seruitus aliqua debetur, eius nomine Vasallus Confessoriam actionem mouere potest.

d. t. 8. §. 1. vers. nam & seruitutem lib. 2. F.

XL.

Sed vtrum Vasallus suo proprio nomine, an verò nomine domini, atq; ita quasi procuratorio nomine, Confessoria actione experiri possit, non incommode hic quæri potest? Suo proprio nomine confessoriam actionem Vasallum mouere posse, verius esse existimamus.

Ictus enim d. t. 8. §. 1. vers. nam & seruitutem lib. 2. F. disertè scribit, quod p̄sbit Vasallus seruitutem prædio feudali debitam petere: Quod autem quis potest, id regulariter suo proprio nomine posse censeri debet, per l. quod stipulatus. 10. ib. tantumq; ei solui potest. & l. si ita stipulatus. 59. ib. potest adhuc abieicto soluere. ff. de solut. iunct. S. planè. ib. soluitamen Seio etiam inuito eo rectè posset. Inst. de inutilib. stipulat. item. per l. 2. §. non utiq; ib. eligere posse ff. de eo quod cert. loc. iunct. l. Stichum. 55. §. 1. ff. de solut. Hanc propositionem confirmat etiam hæc ratio, quod Vasallus contra tertium aliquem possit, ipsam causam quasi propriam in iudicio suscipere & mouere, text. expressus in t. 43. ib. vel aliud aliquid ius sibi vindicante causa per Vasallum quasi propria ad finem perducatur lib. 2. F.

XL I.

Vasallo quoq; interdicta competunt, (a) non adipiscendæ possessionis duntaxat, (b) sed retinendæ etiam (c) & recuperandæ, (d) quod tamen interdictum aduersus dominum suum intentare nequit (e) in locum verò huius interdicti, conceditur ei actio in factum subsidiaria. (f)

a) Vasallus enim predium feudale possidet, ut suprà thes. 38. indicatum. Interdicta verò omnia sunt aut de possessione aut quasi possessione. §. 1. Inst. de interdict. l. 1. l. 2. ff. d. t. Duar. in comment. in consuet. F. c. 19. n. 6. & Eguin. Baro in methodo sua ad Orten. de benef. lib. 4. c. 7. (b) t. 36. §. inter filiam. t. 41. & t. 51. §. si contentio fuerit lib. 2. F. Menoch. de adipisc. poss. Remed. 4. n. 375. Bursar. conf. 89. n. 30. & seqq. (c) Menoch. de retinend. poss. remed. 1. n. 81. 82. & 83. ubi quoq; aliorum probac sententia autoritatem adducit.

(d) Fru-

(d) Fructuarij enim, cui similis est Vasallus d. t. 23. vers. vsusfructus verò lib. 2. F. interdictum recuperandæ possessionis, vnde vi conceditur l. 3. S. in id quod peruenit & §§. seqq. ff. vnd. vi. l. naturaliter. 12. in pr. ff. de adquir. vel amitt. poss. arg. etiam text. in t. 22. vers. Curia autem ib. vt. vel possessionem restituat. lib. 2. F. Innocent. ad c. ceterum in pr. vers. sed quid si dominus extr. de Iudic. Equinar. Baro in d. methodo ad Ortensum de Benefic. lib. 4. c. 7. vers. Interdicto vnde vi. (e) Nam nec liberto aduersus patronum suum hac actio conceditur l. 1. §. interdictum hoc, ff. de vi & vi & armat. & qui a reus ex hoc interdicto condemnatus re ipsa etiam, & opinione hominum infamie notam effugere nequit, vt patet ex d. l. 1. §. interdictum hoc, ff. d. t. famosam autem actionem contrà Feudi dominum Vasallus mouere prohibetur, t. 33. S. similiter Vasallus, & t. 24. §. item si delator. lib. 2. F. Zaf. in epitom. Iur. F. p. 11. n. 23. & seq. item. Molin. ad consuet. Pariens. t. 1. §. 1. gl. 4. n. 35. (f) d. l. 1. §. interdictum hoc vers. melius q̄ erit. ff. de vi & vi armat. & d. t. 22. vers. curia autem lib. 2. F.

XLII.

Sequitur de accessione rei Feudalis, vt sunt fructus, & incrementa rei Feudalis.

XLIII.

Fructus rei feudalis ad Vasallum, (a) non solum naturales, & industriaes, (b) sed & ciuiles pertinent. (c)

a) t. 23. in fin. vers. vsusfructus verò. t. 28. §. hic consequens. t. 45. in pr. ib. sed ex fructibus si quos percepit. & t. 55. S. firmiter etiam. ib. vel diuidium redditus. lib. 2. F. vt ergo dominus proprietatis est dominus. t. 8. S. fin. & d. t. 23. in fin. ib. vt proprietas quidem. lib. eod. F. Sic Vasallus est dominus vsusfructus, quippe cum & fructuarj sit dominus iuriis utendi fruendire fructuarj. in venditione. 8. in pr. ff. de reb. auct. h. iud. possid. (b) d. t. 28. §. his consequenter. ib. fructus ex feudo prouenientes lib. 2. F. (c) Generaliter enim fructus rei feudalis ad Vasallum pertinere dicuntur, d. t. 23. in fin. vers. vsusfr. verò & d. t. 45. in pr. lib. 2. F. & appellatione fructus omnis utilitas interesse, & commoditas comprehenditur, l. loci corpus. 4. S. in confesoria, & ib. Bl. & alij. ff. si seruit. vendicet. Schrad. d. tract. p. 2. part. 9. principalis sect. 3. n. 59. tum qui vsumfructum alicuius rei habet, vt Vasallus, omnem commoditatem seu utilitatem ipsius rei percipit. l. vsusfructu legat. 7. in pr. l. item si fundi. 9. in pr. l. 3. § 1. ff. de vsuf. etiam pensiones rei fructuarie l. defunctæ. 58. in pr. ff. d. t. §. 1. vers. cum his. Inst. de vs. & habitat. tum quoddam ciuiles fructus separari à fructibus non debent l. vsura. 34. ff. de vsur-

tum

tum etiam quod rei feudalis redditus ad Vasallum pertinent, d. t. 55. vers. firmiter etiam ib. vel dimidium redditus feudi. lib. 2. F. Reditus autem appellatione etiam ciuiles continentur fructus, per text. in l. magis puto. s. §. non passim. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel Cur. Chassan. ad consuet. Burgund. Rub. 4. §. 17. pag. 731. n. 19. & seqq.

XLIV.

Incrementa rei Feudalis similiter ad Vasallum pertinent, modò tamen vniuersum prædium in Feudum sit datum, nec ullam partem in eo dominus sibi reseruarit.

t. 4. §. si quis de manso. vers. sed si dominus, & §. vlt. lib. 1. F. text. in l. item si fundi. 9. §. huic vicinus ff. de usufr. Adiunctiones quoq; quas fundo legato testator applicauit, legatario cedunt l. Seiz. 20. ff. de inst. vel instrum. legat. §. adiunctiones t. 6. de legat. lib. 3. recept. sentent. Paul. Additamentum etiam dotis est eiusdem conditionis cum ipsa dote priùs data l. inter sacerorum. 26. §. cum inter. vers. nec se parabitur ff. de pact. dotalib. l. etiam. 8. vers. cui conseq. C. de Iur. dot. Quodq; portio quæ accreuit hereditati, aquæ subiacet restitutio, atq; ipsa hereditas principalis. l. Papinianus. 43. ff. Ad SC. Trebell. Præterea accessorium sequitur naturam sui principalis, c. accessorium. ub. Dyn. de R. I. in 6. Insuper augmentato regno illa etiam pars, quæ per augmentum accessit, regi debet constitutionibus regni. Br. ad l. si conuenerit. 18. §. si nuda. ff. de pignorat. act. Paul. pie. ad d. t. 4. §. si quis de manso num. 4. & 9. lib. 1. Feud. Schrader. p. 5. cap. 6. num. 26. vers. fin autem dominus.

XLV.

Sed incrementeum rei feudalis, non pertinet ad limitatum prædium. (a)

a) In prædijs enim limitatis ius alluisionis, & alterius incrementi locum non habet l. in agris. 16. in pr. ff. de acquir. ver. dom. l. 1. §. si insula ff. de Flu- min. Andr. de Isern. Bl. Aluarot. & Præpos. ad d. tit. 4. §. si quis de manso lib. 1. F. Schrad. d. p. 5. c. 6. n. 26. vers. fin aut aliquid.

XLVI.

Etsi verò naturale incrementum, vt quod per alluisionem feu- dali prædio accessit, Iure Feudali, ad Vasallum pertineat, (a) si quid tamen, feudali prædio additum sit, à Vasallo, idq; tale sit, quod per se subsistat, vt prædium, feudo illud non accrescit, sed proprietatis etiam Iure ad Vasallum spectat. (b) Quòd si verò ita cohæreat feu- dali prædio, vt per se non subsistat, veluti ædificium prædio feudali imposi-

impositum à Vasallo, Iure ipsius Feudi ad Vasallum pertinet, (c) si-
cut etiam seruitus, quam Vasallus prædio Feudali acquisiuit. (d)

a) d. t. 4. §. si quis de manso, ib. Iure fidelis obtinebit lib. 1. F. (b) t. 8.

§. è contrario autem lib. 2. F. (c) t. 28. §. si Vasallus in Feudo. lib. 2. Feud.

(d) d. t. 8. §. è contrario. vers. si verò per se. & d. t. 28. §. si Vasallus in Feudo.
lib. 2. F.

XLVII.

Cæterum eleganter quæri nunc potest; An nomine incrementi,
quod feudali prædio accessit, noua indigeat inuestitura Vasallus nec
nè? Deinde vtrùm Vasallus ratione illius incrementi, maiora do-
mino seruitia debeat? Et prioris (a) & posterioris (b) quæstionis ne-
gantem decisionem veriorem esse adstruimus.

a) Id enim quo per alluisionem crevit fundus, ius & conditionem princi-
palis fundi sequitur l. si ego. 11. §. quod tamen. ff. De public. in rem. act. l.
& puto. 16. §. id quod amnis ff. Famil. Ercif. l. si fundas. 16. in prin. ff. de pi-
gnorib. & hypothet. & l. item si fundo. 9. §. huic vicinus. ff. de vsufr. Aluarot.
præposit. & Matth. de Afflict. ad d. t. 4. §. si quis de manso. lib. 1. F. Id Al-
uarot. & præpos. ad t. 3. §. sed etiam reus. lib. 2. F. Schrad. p. 5. c. 6. n. 29.
(b) per text. in l. vls. C. de Alluisionib. Fac. hic quoddrei commodum ad eum
pertinet, ad quem spectat onus & incommode l. secundum naturam. 10. ff.
de R. I. l. agri vsufructu. 18. ff. de vsufr.

XLVIII.

De hinc nobis edisserendum de potestate tractandi Feudum,
Vasallo Iure data, vel denegata. Data est autem Vasallo potestas ita
tractandi suum Feudum, vt meliorem eius conditionem faciat,
non deteriorem, proindeque etiam prædio feudali seruitutem ad-
quirere potest.

text. est in t. 8. §. è contrario vers. si verò & t. 28. §. si Vasallus lib. 2. F.

XLIX.

Integrum quoque est Vasallo ædificium prædio feudali im-
pone, multò magis inchoatum ab antecessore perficere, seu consum-
mare, (a) ædes etiam feudales potest reficere, item agrum feudalem
pro suo arbitrio colere, puta arare, & vites subserere, vt & lapidicinas
& fodinas omnis generis, quæ sunt in feudali fundo, ad suum emolu-
mentum exercere, non tantum veteres, sed & nouas. (b)

a) d. t. 28. §. si Vasallus. lib. 2. F. (b) nam hæc potestas etiam fructuario

data est l. vsufructu. 7. §. fin. l. si scius. 13. §. de præteritis. in fin. & §. inde est. l. item si. 9. §. sed si lapidicinas. ff. de vsuf.

L.

Similiter data est facultas Vasallo refutandi Feudum, (a) ipsi quoq; domino, modo agnatos non habeat. (b)

(a) Refutare feudum est alijs cedere, sive renunciare feudum. Hotom. in libello de verb. feud. in lit. R. & in disput. de feud. c. 38. (b) t. 9. §. i. ib. vel feudum in manu domini refutabat, & t. 14. ib. feudum suum in manu domini ad hoc refutauit lib. 2. F. Tiraq. in tract. cessante causa cessat effectus limitat. 16. n. 3. & Myns. cent. 6. obseru. 23. & 65. Fructuarius quoq; domino proprietatis ysum fructum suum cedere potest l. si vsusfr. 66 ff. de Iur. dor. & §. item finit. Inst. de vsuf. Emphyteuta etiam ius suū Emphyteuticum domino proprietatis Iure cedere & legare potest l. si domus. 71. §. pen. & vlt. ff. de leg. i.

LI.

Potest quoq; Vasallus refutare suum feudum, si paternum fuerit, proximis agnatis etiam in uno domino. (a) Quod si non proximo, sed remotiori ignato feudum suum refutauerit, absque consensu propinquioris, datur facultas proximiori agnato, etiam viuo Vasallo alienatore, reuocandi feudum, sed intra annum à tempore scientia numerandum, (b) modo tamen sit talis refutatio, quæ precio accepto facta dicitur, refuso scilicet æquali pretio, (c) non etiam ea, quæ gratis est facta. (d)

(a) t. 38. & t. 49. lib. 2. F. (b) t. 26. §. Titius filius masculos. lib. 2. F. qui agnatus etiam domino prefertur. t. 9. §. pen. vers. in prohibendo autem ib. vel redimendo potior erat, quam dominus. lib. 2. F. (c) t. 3. §. sed etiam & t. 26. §. Titius. lib. 2. F. (d) vii arguit text. in d. t. 26. §. Titius lib. 2. F. & maximè in t. 8. §. hoc quoq; obseruatur. ib. si moriatur sine herede masculo lib. 1. F. & int. 39. in pr. ib. quandoq; sit reuersurum lib. 2. F.

LII.

Neq; proximus agnatus, feudum si gratis fuit refutatum, ius habet retrahendi feudum refutatum viuo refutatoris filio.

d. t. 8. §. hoc quoq; obseruatur ib. si moriatur sine herede masculo. lib. 1. F. & d. t. 26. §. Titius. vers. Quod si Titius filios proprios. lib. 2. F.

LIII.

Et licet vniatque alteri ex plurimis proximis agnatis, Vasallus feudum suum refutarit, attamen ceteris eiusdem gradus agnatis, ius reuocandi Feudum illud refutatum pro rata competit. Cum enim ad proximos

proximos feudi successores, feudum æqualiter pertineat, (a) nullo eorum in uito, ius ad quod sitū Vasallus refutatione sua auferre potest. (b)

a) t. 1. §. & quia vidimus. lib. ad omnes æqualiter veniat, d. t. 8. in pr. ib. æqualit. lib. 1. F. & t. 11. §. his deficitentib. ib. vocantur primò fratres, cum fratribus præmortuorum filijs, & t. 50. in pr. vers. ex latere omnes, & vers. seq. lib. 2. F. (b) id quod nostrum. 11. ff. de R. I. l. cum dos. 7. ff. de pact. dot. & l. fin. C. de pact. text. in t. 39. in pr. lib. 2. F. Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. Iur. q. 6. n. 30. & seqq.

LIV.

Neq; refert, agnati sint proximiores tempore refutationis, vel post: veluti si refutatione facta, remotiores in proximorum defunctorum locum successerint. Neq; illud refert, quod refutationis tempore, agnati proximiores, nondum vel nati, vel concepti fuerint.

Hartman. Pistor. d. quæst. n. 36. & seq. n. 37. & seqq.

LV.

Quando autem Vasallus feudum suum proximo agnato refutauit, licet à seruitijs præstandis liber sit, dominum tamen suum offendere non potest.

d. t. 38. in fin. lib. 2. F.

LVI.

Porrò Vasallo quoq; potestas data est, etiam absq; domini consensu, Feudum suum, vel eius partem, alij vicissim in Feudum concedendi. (a) Si sincerè, & absq; fraude (b) eiusdem conditionis personæ, (c) dederit; & eadem lege, siue codice pacto alium inuestiuerit. (d)

a) d. t. 3. §. sed etiam res. vers. per Feudum tamen. & t. 9. in pr. vers. si vero vel totum. d. t. 26. §. beneficium. & t. 34. §. similiter lib. 2. F. (b) d. t. 9. in pr. vers. si vero. & d. t. 26. §. beneficium. lib. 2. F. (c) velut si Vasallus miles fit, & feudum suum similiter militi dederit, d. t. 26. §. beneficium ib. dum tamen militi detur. & d. t. 34. §. similiter. ib. in feudum tamen recte dabit, si secunda persona sit talis, quæ feudo seruire possit, ut si dans miles fit, & ille qui accepit Feudum, inueniatur miles. lib. 2. F. Mynsing. cent. 1. obseruat. 62. (d) d. t. 34. §. profectò ille, lib. eod. F.

LVII.

Sed vtrum Vasallus Feudum duntaxat Laicum, non etiam Ecclesiasticum alij concedere in feudum possit, in dubium vocatur? Subinfeudationem etiam in Feudo Ecclesiastico locum habere, sine hæsitatione pronunciamus.

Generaliter enim, & sineulla distinctione, de omnifeudo textus loquuntur,

velut. t. 3. §. sed etiam res. t. 9. in pr. vers. si verò. t. 26. §. Beneficium. t. 34. §. similiter. lib. 2. F. tum quod per subinfeudationem Feudi Ecclesiastici, conditio Ecclesiae deterior non efficitur si quidem Vasallus absq; fraude, & eiusdem conditionis personæ, & sub eiusdem pactis, alium de suo feudo subinuenire iubeatur ut thes. præced. in fund. sub. lit. c. & D. liquet, tum etiam, quod neg₃ domino, neg₃ successoribus ullum hic præiudicium creatur, quippe cum mortuo Vasallo, qui sub infeudauit, extinguatur ius sub infeudati. t. 5. §. rursus lib. 1. F. & t. 9. in pr. vers. si autem dissentiente. ib. si tamen sine herede masculo descendente decebat t. 13. §. & si clientulus lib. 2. F. Bartol. Camer. in repet. t. 55. lib. eod. F. Extincto enim iure autoris extinguitur & ius posterioris l. peto. 69. §. prædium ff. de leg. 2. & l. fundum. 7. ff. de Act. empr. tū deniq; quod iure Canonico in Feudo Ecclesiastico, subinfeudatio prohibita non est, vt proinde ius commune Feudorum hic merito sequi debeamus per ea qua tradit post alias Curt. Iun. in tract. Feud. p. 1. c. 2. n. 1. pag. 13.

LVIII.

Potest autem non Vasallus solum, sed & sub Vasallus, Feudum suum alij in feudum concedere.

t. 10. & t. 34. §. similiter. lib. 2. F. t. 1. §. notandum est autem, & t. 7. lib. 1. F. Iacob. de Ardizon. in vñib. feud. p. c. 15. circ. fin. Item Schrad. p. 8. c. 2. n. 13. & Rosenth. in synops. iur. feud. c. 9. concl. 56.

XLIX.

Vtrum Vasallus verò aut sub Vasallus, Ecclesiæ, aut ciuitati per inuestituram feudum suum concedere possit, absque domini consensu, elegans est quæstio? Denegatam ei hanc esse facultatem concludimus.

text. in t. 13. §. inde potest præsumi lib. 1. F. Schrad. d. p. 8. c. 2. n. 16.

LX.

Quæritur & illud, An Feudum suum Vasallus, quod in curte domini habet, vel extræ curtem, ibi tamen ubi dominus distictum, id est Iurisdictionem habet, vel alium honorem, alij in feudum absque domini consensu, largiri possit? Adfirmatiuam sententiam amplectimur.

Subinfendatio enim iure feudorum, simpliciter permissa est Vasallo, neq; distinguitur vsquam hac in parte, inter Feudum quod Vasallus habet in curte, vel extra curtem domini. Quod autem simpliciter dicitur, distinctionem non admittit l. 3. in fin. ff. de off. Præsid. l. 1. §. quod autem. vers. & est relatum

D I S P V T A T I O X V I .

300.

tum ff. de Aleat. Frid. Schenck. Baro ad t. 4. §. si quis de manso. lib. 1. F.
sed obstar. videtur text. in t. 5. §. pen. & vlt. lib. 1. F.

LXI.

Proximum nunc erit, ut quæ potestas tractandi Feudum deroga-
gata sit Vasallo dispiciamus. Et primò perpetuam seruitutem feudali
prædio, absque domini, & successorum Feudalium consensu, impon-
nere Vasallus non potest, vt scilicet ea in posterum quoq; tam ipsi do-
mino Feudi, tum etiam legitimis successoribus, puta agnatis noceat.

text. est. in t. 8. §. rei autem & §. è contrario. vers. meliorem. lib. 2. F.

LXII.

Sed opportunè hīc quāri potest, An Vasallus ex eo priuandus
fit feudo, quod absq; eorum, quorum interest, permisus, prædio feu-
dali seruitutem imposuit? Id quod negandum censemus.

per text. in d. t. 8. §. rei autem vers. Quid ergo. lib. 2. F.

LXIII.

Nec Vasallus absq; Domini, & agnatorum permisus, prædio
feudali vsumfructum, vel vsum imponere potest.

Impositione enim vsumfructus vel vsum, causa & conditio, prædiū feudalis
deterior efficitur, quippe cum inutilis dicatur fundi proprietatis, ex quo alijs
vsumfructus, vel vsum debetur l. 3. §. nē tamen ff. de vsum. & §. ne tamen in
vniuersum. Inst. d. t. cum tamen Vasallus conditionem feudi deteriorem, redi-
dere non possit, per text. in d. tit. 8. §. è contrario, vers. meliorem lib. 2. F.
exemplo scilicet vsumfructuarij l. si cuius. 13. §. fructuarius ff. de vsumfr.

LXIV.

Quod si autem absq; domini permisus Vasallus constituerit ali-
cui vsumfructum, vel vsum in prædio feudali, priuatur ex ea culpa
feudo illius prædij.

Tum quod & vsumfructuarius, vsumfructum, cuius instar feudum obtinet,
t. 23. §. vlt. vers. vsumfructus. lib. 2. F. amittit, si eum alijs quam proprietatis
Domino cedat, l. si vsumfructus. 66. ff. de Iur. dot. & §. item finitur. Inst. de
vsumfr. tum etiam, quod vsumfructus vel vsum impositio est alienatio rei in d. l.
vlt. C. de reb. alien. non alienand. & quidem eiusmodi in alienatio, qua Feudi
possessio naturalis ad vsumfructuarium, vel vsumfructuariu[m] transfertur per l. natu-
raliter. 12. in pr. & l. possessio quoq; 49. in pr. ff. de adquir. vel amitt. poss.
& l. 1. §. quod ait prator. ff. Quod legat. & quia domini utilitas minuitur,
siquidem Vasallus amissio prædiū feudali vsumfructu[m], vel vsumfructua, seruitia commode
præstare non possit, vt qui ex Feudi redditibus præstanda sunt. t. 54. in fin. &

t. 55. §. firmiter etiam statuimus lib. 2. F. Alienatio autem Feudi, quia eius possessio ad alium transfertur, & qua utilitas domini minuitur, eiusmodi est culpa, ob quam Vasallus Feudo priuatur, t. 52. in pr. vers. hortatu itaq., & d. t. 55. in pr. vers. habito ergo consilio lib. 2. F. Curt. Iun. in tract. Feud. p. 4. n. 106. Sonsbeck. in comment. Feud. p. 12. n. 103. Rosenth. c. 9. conclus. 12. & Vult. lib. 1. de Feud. c. 10. n. 40.

LXV.

Absque priuationis quoque periculo citra domini consensum, Vasallus ipsum Feudum alienare nequit, (a) puta vendere (b) permutare (c) alicui donare (d) dare in Emphyteusin (e) oppignorare. (f)

(a) d. t. 52. in pr. vers. per multas. & d. t. 55. in pr. vers. 1. lib. 2. F. vsufructarius etiam, cui Vasallus similis est, extraneo usum fructum suum vendere non potest, d. §. item finitur. Inst. de vsuf. & d. l. si vsusfr. 66. ff. de Iur. dot. (b) d. t. 55. in pr. vers. habito ergo lib. 2. F. Mynsing. cent. 6. obseru. 30. (c) permutatio enim est quedam alienatio, l. 1. §. in alienatione & §. seq. ff. Quando de pec. actio annual. sit. Nou. 7. c. 1. vers. alienationis autem. & c. nulliliceat §. alienationis extr. de reb. Eccles. alien. non alienand. & quidem huiusmodi alienatio est, quares ipsa ad alium transfertur, l. 1. §. item emptio. ff. de Rer. permittat. Mynsing. d. obseru. 30. VVesenbec. de Feud. c. 11. num. 3. Borch. c. 8. n. 46. (d) t. 9. §. donare lib. 2. F. Vultei. post alios quos recenset, lib. 5. de Feud. c. 10. num. 45. (e) Si quid. datio in Emphyteusin etiam alienationis quedam species esse dicitur dd. ll. sup. sub. lit. C. citatus. & quidem ex eo alienationis genere, quo possesso ad Emphyteutam transit l. pen. §. 1. ff. Qui satis d. cog. & l. 1. §. fin. ff. si ager. vectig. l. 3. C. defund. patrim. lib. 11. proindeq; in feudo eius datio prohibita, perd. t. 55. in pr. vers. callidus ib. & in alios transferunt, lib. 2. F. Mynsing. d. obseru. 30. Borcholt d. c. 8. n. 87. Vult. d. c. 10. n. 47. (f) d. t. 55. in pr. vers. ib. pignori obligaueram, & vers. habito ergo ib. vel pignorare lib. 2. F. Est enim & pignoris datio alienatiol. vlt. ib. vel pignoris nexum. C. de reb. alien. non alienand. qua possesso ad alium puta creditorem transit, l. per seruum 57. in prin. ff. de adquir. rer. dom. l. 1. §. per seruum, & l. qui pignoris. 36. & l. seq. ff. de adquir. vel amit. posseß. l. si rem. 9. §. propriè pignus, & l. cum & sortis 35. §. 1. & l. debtor. 40. ff. de Pignorat. act. licet quoad causam usurpacionis rem oppignorat am debitor possidere dicatur, d. l. 1. §. per seruum. ff. de adquir. vel amit. posseß. & l. serui nomine. 16. ff. de usurpat. & usurp.

Sed

LXVI.

Sed utrum Vasallus absque domini consensu, feudum suum ad tempus breve alicui in Emphyteusin dare possit, queritur?

Affirmatiuam decisionem eatenus veram esse dicimus, quatenus pensio, quae Vasallo quot annis praestari debeat, non sit exigua, sed tanta, ut respondeat quadam proportione sumptibus, quos Vasallus in præstationem seruitiorum expendere tenetur. In Emphyteusin enim datio illa tantum, quae fit in perpetuum, alienatio dicitur, non quae fit ad tempus breve d. Nou. 7. c. 1. §. alienationis autem. & d. c. nulliliceat, §. alienationis. exir. d. reb. alien. non alienand. & Clement. 1. d. t. Hæc conclusio etiam extendenda est ad locationem. t. 9. §. donare lib. 2. F. locatio enim ad tempus quoq; alienatio non est l. non sola. 39. ff. local. & locator rei locata possessionem retinet, l. officium. 9. vers. deniq; ait, ff. de R. V. tam etiam, quod licet quis alienare, & oppignorare prohibitus sit, locare tamen potest l. pen. §. institutor. ff. de leg. 2. tum deniq; simpliciter absq; vlla distinctione inter tempus breve, & longum locatio feudi conceditur Vasallo, in d. t. 9. §. donare lib. 2. F.

LXVII.

Vtrum hypothecæ datio prohibita etiam sit Vasallo expeditum non est? pro affirmatâ sententiâ veriori militant sequentes rationes.

1. Constitutio Friderici in d. t. 55. in pr. lib. 2. F. prohibet enim in specie tan-
tū oppignorationem, non etiam hypothecæ dationē, quapropter cum propriè
aliud sit pignus, aliud hypotheca l. plebs. 238. S. pignus ff. de V. S. d. l. si rem. 9. S.
propriè ff. de pignor. act. §. inter pignus, vers. sed in alijs differentia est, &
vers. seq. Inst. de act. & constitutio illa penal is sit, si quid. ex ea Vasallus pri-
uetur feudo suo, ob eius oppignorationem inscio domino factam proprie re are-
stringenda est, per vulgata lura. 2. Eatantum alienatione interdilectum est
Vasallo, qua possessio prædicti feudal is, ad alium, in quem alienatio sit, transfer-
tur. d. t. 52. in pr. vers. callidus insuper ib. Feudum vendunt, & in alios trans-
ferunt, lib. 2. F. Hypothecæ a datione feudi possessio non transfertur ad credi-
torem, sed penes debitorem Vasallū remanet, quippe cum hypotheca sit, quādo
res non traditur creditor i, sed nuda conuentione ei obligatur, d. l. si rem. 9.
§. propriè ff. de pignor. act. l. 4. in pr. ff. de pignor. & hypoth. & d. §. inter pi-
gnus autem, vers. nam pignoris. Inst. de act. 3. per hypothecæ dationem non
amittit Vasallus feudi redditus, retinet enim possessionem Feudi, proindeq; pos-
sessionis commodum, quod est fructuum perceptio l. Fulcin. 7. §. vlt. ff. ex quib.
caus. maior. l. Titia 84. ff. de solvit. Hartm. Hartm. ab Eppingen lib. præct.
observ.

CLASSIS QUARTÆ

obseruat. t. 34. de Feud. obseruat. 20. Borch. c. 8. num. 60. Rosenthal. c. 9.
conclus. 15.

LXVIII.

Porrò alienatio quoq; Feudi per libellum Iure prohibita est.
t. 5. §. aut si libellario. & t. 13. lib. 1. F. t. 9. §. donare ib. per libellum ut
dicatur venditio, it. ib. alienatum. t. 39. in fin. pr. t. 44. & t. 55. in pr. v. 1.
L. 2. F. Per libellum autem alicui feudū, vel res alia concedi dicitur, quando
certo precio, scriptura interveniente, venditur hac lege, ut annua paucorum
aliquot denariorum pensio inde prestetur, & statim condicō tempore, contra-
ctus ille renouetur rursus certo, vel arbitrario precio numerato. d. t. 9. §. do-
nare. lib. 2. F. Nou. Leon. 13. Cuiac. ad t. 2. lib. 1. F. pag. 80. & seq. Borch.
de Feud. c. 3. n. 45.

LXIX.

Neque etiam data est Vasallo potestas iudicandi Feudum suum
& nè quidem pro anima (a) id est, testamento legandi pro anima? id
est, sub conditione precum, quæ pro salute animæ fieri debent. (b)

a) d. t. 9. §. donare autem & d. t. 55. vers. habito ergo lib. 2. F. (b) ut
recte exponit Hotom. in lib. de verb. Feudal. in lit. 1. verb. iudicare.

LXX.

Est quoque denegata Vasallo facultas dandi Feudum suum pro
filiabus in dotem.

d. t. 9. §. donare autem lib. 2. F. Est enim in dotem datio quedam alie-
natio, l. 4. ff. de l. Fab. de Plag. l. non solum. 22. §. si eum ff. de liberal. caus.
& quidem eius modi alienatio, quarei possessio & dominium ad alium puta
maritum transfertur. Inst. t. Quib. alien. lic. vel non. in pr. l. quamvis. 75.
ff. de Iur. dot. l. prædium. 23. C. d. t. Dn. Preses in comment. ad L. contra-
ctus. 23. ff. de R. I. c. 4. n. 10.

LXXI.

Si quæ tamen fœmina, feudum aliquod habeat, poterit illud vi-
ro suo in dotem dare.

t. 13. & t. 17. in pr. lib. 2. F. Feudum enim habet instar vsusfructus, quem
mulier maritos suo in dotem dare potest l. fructus. 7. §. 2. & 3. ff. de Iur. dot.
l. interest. 6. C. de vsuf. sicuti dotem constituere potest ex rebus fidei com-
missarijs, quas alij restituere grauata est l. mulier. 22. ff. Ad SC. Trebell. &
Nou. 39.

LXXII.

Quod si tamen pater aliundè non possit dotem pro filia consti-
tuere,

DISPUTATIO XVI.

23

401
402

tuere, nec aliter ea nubere queat, quām si dos ipsi constituatur, ex ipso Feudo, si fructuosum fuerit recte illi dos conueniens constitui-

tur.

Feudorum enim Iure cautum est, licet mutus, vel aliis im-
perfectus à Feudi successione arceatur, et amen ex magno, id est, fructuoso
Feudo alimenta sunt prestanda, t. 6. §. mutus. lib. 1. F. Sed alimenta & dos
equiparantur, gl. in l. ob & alienum. C. de pred. & alijs reb. min. imō ratiō
& fauor dotis maior est, quām alimentorum, si quid pater et iam locupleti si-
liae constituere dotem teneatur, l. vlt. C. de dot. promiss. Deinde dominus suo
Vasallo ea vicissim præstare tenetur, quæ ad eius honestatē pertinent, t. 6. vers.
bonestum iunct. vers. dominus quoq; in his omnibus lib. 2. F. Sed dotare fili-
am honestum est, l. cum plures. 12. §. cum tutor. ff. de Administ. & peric-
tut. Deniq; generali Germanie consuetudine receptum est, vt liceat patri
conuenientem, ex feudo suo dotem filiae constituere, si aliundē ei dos constituui
non potest, vt post alios scribit Hartm. Pistor. lib. 2. F. quæst. 37.

LXXIII.

Neque licet Vasallo feudum fœminæ alicui donare propter
nuptias.

Propter nuptias donatio, quæ etiam dotalitium appellatur c. plerumq;
extr. de donat. int. vir. & vxor. c. ex parte extr. de For. competent. Hartm.
Pistor. lib. 1. quæst. Iur. q. 4. in pr. & VV esenbec. in tract. de Feud. c. 11. n. 4.
Germanicè Ein Leibgeding/ Leibzucht/ oder Gegenvermachung. Hartm.
Pistor. d. q. 1. in pr. & Ioan. Schneid. ad t. Inst. de hereditat. quæ ab intest.
defer. c. de successione inter vir. & vxor. n. 43. & seq. est eadonatio. quæ à
parte mariti, id est, ab ipso marito, vel eius nomine ab alio. Nou. 119 in pr. l. si
constante. 19. C. de donat. ant. nupt. vel ante vel post nuptias §. est & aliud
genus. Inst. de donat. l. vlt. in pr. & §. sancimus C. de donat. ant. nupt. in
vxorem propter donationem confertur, d. l. vlt. §. sancimus C. d. t. Nou.
91. c. 2. Hanc donationem Vasallus absq; dominii licentia, in vxorem conferre
non potest. d. t. 9. §. donare. lib. 2. F. tum quia donatione propter nuptias
constitutione, pactis item, & collationis Iure per omnia similis est ipsi doti, l.
ex morte. 9. iunct. Auth. æqualitas C. de pact. conuen. l. vlt. §. sin autem iunct.
Auth. sin autem. C. de donat. ant. nupt. l. vt liberū. 17. ib. tam dos quām
ante nuptias donatio conferatur, l. illam. 19. & l. vlt. §. ad hæc. C. de collat. sed
dos in feudum constitui nequit à Vasallo: Quare nec donatio propter nuptias.

LXXIV.

Est & illud hīc notandum, quod in prouincijs quibusdam veluti

aaa

Saxonia

Saxonia inter nobiles vsu receptum est, quod mortuo Vasallo, eius uxori donatio propter nuptias siue dotalitum. Ein Leibgeding/in feudo mariti, successores illius constituere tenentur, si ipsa vxor marito dotem attulerit, eaque in Feudum sit versa.

Hartm. Pift. d. l. 1. quæst. 4.

LXXV.

Monendum & illud hoc loco videtur, quod licet mulier, ratione dotis, & donationis propter nuptias tacitam à lege hypothecam in bonis mariti habeat (a) in Feudo tamen mariti, eam mulieri non competere.

a) l. vinc. §. 1. C. de Rei vxor. act. l. vbi adhuc. 29. G. de Iur. dot. (b) vt pulchrè tradidit, Mynsing. cent. 6. obseru. 45.

LXXVI.

Quod attinet vsucaptionem & præscriptionem, (a) non potest Vasallus absque metu amissionis Feudi, admittere, vt illud ab alio vsucapione, vel præscriptione adquiratur. (b)

a) Hæ enim quodammodo etiam species sunt alienationis. Nam & ille, qui patitur rem vsucap. aut præscribi alienare videtur l. alienationis. 28. ff. de V.S.l. 3. ff. Quæ in fraud. credit. (b) vt docet Iacob. de Ardizon. in epist. Iur. feud. c. 22.

LXXVII.

De transactione quid sentendum sit, nunc paucis aperiendum est. Ea autem sit, vel diminuendi, siue alienandi causa, siue tantum decidendi gratiæ.

l. Lucius Titius 46. §. vlt. ff. de administ. & per tut. & l. mandato generali. 60. ff. de procurat.

LXXVIII.

Diminuendi causa de Feudo transigere Vasallus dicitur, si ita transigat, vt Feudum vel eius pars ad aduersarium transferatur. Hæc aut transactio in præiudicium domini Vasallo permissa non est, quippe cum sit alienatio quædam, (a) & eiusmodi alienatio, qua feudi possessio ad alium transit, qualis alienatio, siquidem Vasallo redditus feudi adimat, quib. priuatus, commodè amplius debita seruitia domino præstare nequit, placitis feudorum planè prohibita est. (b)

a) l. 1. §. 1. ff. de offic. procurat. Cæf. & l. 4. G. de præd. & alijs reb. min.
(b) d.t. 52. in pr. & d.t. 55. in pr. lib. 2. F.

Decl-

LXXIX.

Decidendi causa Vasallus de feudo transfigere dicitur, si ita transfigat, ut ipsa transactione sibi Feudum retineat, atque à parte aduersa, atque lite, de Feudo per eam mota, se liberet. Et hæc transactio omnino licita est, eamque dominus ratam habere tenetur, nec ob eam Vasallus feudum suum amittit. Et quamuis post hanc transactionem, alia quadam ex causa, Vasallus feudo suo priuetur, idque domino aperiatur, attamen ex eo rescindi transactio hæc nequit.

text. est int. 43. vers. & si pro eo. lib. 2. F.

LXXX.

Vasallus etiam, absque domini consensu, feudum suum, creditori impunè in solutum dare non potest; cum omnis alienatio, qua possessio Feudi ad alium transfertur, vetita sit feudorum iure.

Datio enim insolutum, est alienatio, quares soluta, ad creditorem transit l. pro soluto. 45. ff. de usurpat. & usurp. & l. 4. ff. de pub. in rem act. d. t. 55. in pr. vers. callidis ib. & in alios transferunt lib. 2. F. Vult. c. 10. n. 52.

LXXXI.

Cæterum Vasallo feudum suum precariò alicui concedere integrum non est.

Tum quod per precarium possessio rei, ad precariò rogantem transit l. 4. §. 1. l. cum precario 12. §. 1. in fin. l. qui precario. 17. & l. seq. ff. de precar. l. interdum. 21. in pr. & §. vlt. ff. de adquir. vel amitt. posses. nisi hic dunt taxat rogarit, ut precario in fundo moraretur, tunc enim non possidet l. certè. 6. §. 1. qui rogauit ff. de precario. tum quia precario qui possidet fundum, vtitur eo fundo, & commodum illius percipit l. Pomponius §. si is qui precarium ff. de adquir. vel amitt. posses. l. 1. in pr. ib. vtendum conceditur. ff. de precar. Nam Commodatario similis est, qui vti re commoda potest l. 1. in fin. ff. d. t. Interdictum est autem Vasallo omni negocio, & alienatione, qua posses & commodum Feudi ad alium transfertur d. t. 52. in pr. & d. t. 55. in pr. lib. 2. F.

LXXXII.

In dubium vocatur & illud, an permissa sit feudi alienatio, qua fit per constitutum? Nobis eorum placet sententia, qui nec constitutoriam feudi alienationem permissam esse volunt.

Per constitutum enim vera possessio in accipientem transfertur, vti probat l. quod meo nomine 18. in pr. ff. de adquir. vel amitt. posses. & l. quædam mulier 77. ff. de R. V. l. quisquis. 28. & l. si quis argentum 35. §. sed si quidem.

26 CLASSIS QUARTÆ DISP. XVI.

quidem. C. de donat. Tiraquel. in tractat. de Iur. constitut. p. 1. n. 4. & p. 2.
ampliatione. 1. n. 2. & Menoch. de recuperand. posses. Remed. 14. n. 25.

LXXXIII.

Ad extremum, non immerito ambigitur, si Sub Vasallus feudum suum alienare velit, an à suo duntaxat domino, vel à domino sui domini, vel ab utroque, potestatem alienandi impetrare debeat? Ab utroque autem domino licentiam hanc impetrandam esse, verius putamus.

Vterq; enim dominus est Sub Vasalli per text. in t. 34. §. similiter ib. ad hoc, vt feudum si contigerit domino similiter seruire, ut & prior possit. & t. 55. §. illud quoq; precipimus lib. 2. F.

LXXXIII.

Cæterum vt efficaciter & irreuocabiliter feudum alienari possit, non solius Domini, sed & agnatorum feudi successorum, necessarius est consensus, si paternum siue antiquum sit feudum. (a) Et nè quidem in agnatum remotiorem dissentientibus proximioribus eiusmodi Feudum sine metu reuocationis alienari potest. (b)

a) t. 30. in pr. lib. 2. F. Mynsing. cent. 4. obseru. 85. (b) per text. in t. 26. §. Titius filios lib. 2. F. & t. 3. §. sed etiam res. lib. 1. E.

FINIS DISPUTATIONIS
DECIMÆ SEXTÆ.

Ka 3071
(3/4)

ULB Halle
003 261 573

3



sb

Burfbind. 3/1.



Farbkarte #13

B.I.G.



Disputatio XVI.

389.

C O M M O D O , Q V O D D O M I-
nus & Vasallus ex Feudo capiunt:

Cuius defensionem

Diuina fauente gratia:

S V B P A T R O C I N I O ,

N S V L T I S S I M I

I D N . H E N R I C I B O-
I C . E T A N T E C E S S O R I S I N
A T I S S I M A T V B I N G A C L A R I S-
simi, Praeceptoris & hospitis sui pluri-
mum colendi:

D I N A R I I E X E R C I T I I

gratiâ, tempore, locoque solitis,
suscipiet

D A N I E L Vernholde / A B
E S C H A V V , F R .



T V B I N G A ,
cuisit Georgius Gruppenbachius.

A N N O M , D C .

xx